



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

XXX. De primo neruorum pari ex cerebro prodeunte.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

indéque nerui ad eum mox deducendum producti: Quare triplici hoc vasorum genere, venis, arteriis, neruis, tanquam canalibus & aquæ ductibus vitur cor ad vniuersam corpus irrigandum, conseruandum, & regendum. Quorum duo ab ipso prodeunt immediatè, tertium à vicario & adiutore membro: spiritum tamen ab eo emissum continens.

DE PRIMO NERVORVM  
pari ex cerebro prodeunse.

CAPVT XXX.



D hunc sanè modum tum de sensus & motus principio, tum de neruorum origine philosophandum censeo; si & naturalem rationem sequi & sensuum iudicio stare velimus. Hoc iam à me expectari video, vt quemadmodum antea venarum & articularum non originem solum & fontem indicau; sed propagationem quoque & riuulos sectatus sum: ita & in neruis faciam. Sic enim demum vas omnis per totum corpus deductis, facile fuerit intelligere quomodo vita nostra consistat operatioque omnis administretur.

Cor cerebro  
fecundius.

Magna omninò est ac penè incredibilis fecunditas cerebri: quamque cum multò maius sit corpus, minoris cordis fecunditati ac virtuti par non est. Cor enim quatuor, immò sex amplissima vasa statim effundit, vtrinque terna; duos arteriarum, vnum sursum, alterum deorsum; & ad pulmones venalem arteriam ex sinistro sinu: venasque totidem ex dextro. Cerebrum autem etsi plures promat neruos; ij tamen aded tenues sunt & exigui, vt licet omnes simul sumantur, vasorum cordis magnitudinem non assequantur.

Septem neruorum  
paria.

In primo igitur ortu septem ex vtraque parte funduntur nerui: vnde à Grecis *σὺνδύματα*, quòd vniuscuique alterum habeat in altero latere velut coniugem; à Latinis coniugia seu coniugationes & paria vocantur. Omnis interim duabus illis productionibus, quæ ex anteriori cerebri basi medio ad narium ossa ducuntur. Quoniam hæ in neruorum numero habitæ à veteribus non fuerunt; quòd neruorum more caluarium non egrediantur, etsi colore & forma neruis penè respòdeant: molliores tamen & latiores paulò, quam profundiores.

Nerui optici.

Primum par ex eodem harum productionum loco, vbi sub cerebri basi anteriores eius sinus desinunt, nascitur; & ad oculos superata caluaria ducitur. Ibi neruus in latam expansam tunicam dilatata cerebri substantiæ similem ( à quadam re-tis forma *αμφιβληστροειδής* dicitur ) vitreum totum humorem ambiens cristallino inseritur atque ad eum defert spiritum ad videndum. Quare *ὀφθαλμικοί*, hoc est visorij nerui vocantur. Inter omnes totius corporis neruos mollissimi hi sunt; interiori præsertim parte, & crassissimi; nisi vbi plurimum permistio sit; vt in crure & brachio.

De eorum in-  
seruatiōne.

At non rectè pergunt ad oculos: sed dum dexter sinistrotum flexitur; & dextrorsum is, qui sinister est, coniunguntur ambo & coeunt, antequam egrediantur cranium: moxque egressi dilatantur rursus ad oculos. Cōiunguntur ergò non

A procul à cerebro; sicutque longiores multò partes eorum, quæ respiciunt oculos; quam eorum, quæ propè cerebrum continentur. Itaque figuram ciuimodi, & efficiunt, duorum quasi (inuerforū sese in superiori parte tangentium. Non enim mihi, vt Andrea Vesalio lib. 4. de Humani corporis fabrica ca. 4. vana videtur quæstio, num dexter neruus in hoc congressu dextram sedem retineat moxq. ad dextrum oculum retorqueatur, an verò ad sinistram rectè feratur, & sinister neruus ad dextrum producat. Quoniam etsi ambo coalescant, violenta tamen esset illa productio & quasi vnus per alterum terebratio. Neq. solet natura ita permiscere ac confundere partes, vt dextræ fiat sinistra, & sinistra, euadant dextræ. Sed si quando opus sit eas coniungere, semper tamen eundem in corpore situm tenent atque in eodem latere ad singulas ducuntur vasa. Deinde inter discendum satis ego apertè in hac neruorum coniunctione ostendere soleo hoc, quod dico. Neq. enim vlla potest subesse causa, cur in hac sola parte perpetuum atque in aliis omnibus constantem modum natura mutaret.

Cur contin-  
gant.

Nam cur neruos illos coniungeret & communem vtrique vellet esse meatum, duæ fuerunt à Galeno expositæ cause in septimo lib. de Hippocratis & Platonis decretis cap. 4. & lib. 1. de symptomatum causis cap. 2. quamq. mihi non parum suspectæ. Altera, ne vnum & simplex obiectum geminum appareret. Altera, ne altero oculo clauso aut amisso minùs perfecta foret visio: toto scilicet spiritu ad oculum alterum cōcurrente. Nam & vno oculo clauso alterius pupillam dilatari conspiciamus; copiosiore scilicet ad eum spiritu concurrente. Vtrius fortasse, vt tutior esset ac robustior neruorum illorum productio, qui omnium maximè molles erant & ad lesionem quamuis pròptissimi. Multò namque ita tutiores sunt, quæ si rectè ducerentur. Aut cur illos permittat, nulla cogitari potest: neque tamen quidquam sine causa operatur natura. Denique accedunt illa duo, quæ ipsemet Vesalius obseruasse se scribit. Primum enim in muliere & adolecente, quibus dexter oculus perierat, totum neruū dextrum tum extra, tum intrà cranium, tenuiorem vidit, duriorē, & rubicundiorē sinistrotum factum: quòd irrigate & humiditate spiritu defuitur fuisse. Deinde in alio quodam neruos illos prorsus nō coniungi animaduertit. Quorum vtrumq. apertissimè testatur vanam eam quæstionem non esse; sed omninò dextrum neruum ad dextrum oculū & sinistram pertinere.

Cur perferat.

Porro quod ij soli nerui sensiles meatus contineant, ea credenda est fuisse causa: quoniam hic sensus plurimo indiget spiritu; tum ad oculi tunicas humiditadas, vel etiā ipsum neruum crassum, frigidòsque humores calefaciendos: tum ad operationē ipsam exercendā; quæ & exactissima est & plurima cōprehendit nec vnquā ferè intermittitur; & vt est momentanea sic breuissimo tempore percurrit plurima obiecta spiritumq. absumit plurimum. Neruus verò ipse vt est crassus nec longius protrahitur; ita factò meatu atque foramine nequaquam debilitatur. Ac de primo quidem neruorum pari satis.